

SPRAWOZDANIE

D Y R E K C Y I

c. k. wyższego gimnazyum

w Kołomyi

za rok szkolny

1894.



W KOŁOMYI

1894.

Nakładem funduszu szkolnego.

Z drukarni J. Bruka i S-ki w Kolomyi.



R.R. IRW.
Spr. 63.

T r e s c :

- I. De enuntiatorum consecutivorum apud tragicos Graecos
usu ac ratione scripsit J. Kobylański.
- II. Część urzędowa.

Operae pretium fore speramus de enuntiatorum consecutivorum apud tragicos Graecos usu ac ratione accuratius disserere, quippe quae praecepta viri docti in universum de iis statuerunt, partim haud satis examinata, partim haud raro falsa sint: de particulae *ωτε* etymologia mirum quantum inter se differunt; sententias ab *ωτε* *ως* incipientes proprie comparativas esse multi attigerunt, per pauci pertractaverunt; de verbi finiti et infiniti ratione, de temporum et negationum usu et quae sunt eius generis, mancas tantum neque ex omni parte integras grammaticas commentationes exsistere cognitum habemus. Ac tum demum qui in antiquitatis studiis versatur, Graecorum praestantissima opera et linguae elegantiam recte intelligere et plane perspicere potest, si accuratissime examinaverit, quaenam uniuscuiusque scriptoris propria sit dicendi consuetudo, quas leges grammaticas sint secuti poetae et soluti sermonis scriptores.

Cum auten in illam quam nobis proposuimus grammaticae partem nemo quod sciam accuratius inquisiverit, haud supervacaneum videtur, eas leges saepenumero a communi sermone alienas pertractare et adlatis exemplis collustrare, quas et Aeschylus et Sophocles et Euripides in his enuntiatis obsrevaverint. Siquid hac ratione profecerim et disciplina grammatica aliquantulum increverit, labor susceptus cumulatissime mihi satis faciet; si quando quae tractatus sum in aestimantium arbitrium venerint, omnium iudicio ac benevolentiae ita commendata velim, ut nihil ultra, quam sim professus, requirant. Priusquam autem ad ipsam materiam quaerendam et locorum huc spectantium copiam digerendam adgrediamur, convenire mihi quidem videtur, ut primum de universa natura enuntiatorum, quae a grammaticis hypotactica appellantur, quaedam generatim praemittamus.

Operae pretium fore speramus de enuntiatorum consecutivorum apud tragicos Graecos usu ac ratione accuratius disserere, quippe quae praecepta viri docti in universum de iis statuerunt, partim haud satis examinata, partim haud raro falsa sint: de particulae ὀντες etymologia mirum quantum inter se differunt; sententias ab ὀντες ὄγη incipientes proprie comparativas esse multi attigerunt, per pauci pertractaverunt; de verbi finiti et infiniti ratione, de temporum et negationum usu et quae sunt eius generis, mancas tantum neque ex omni parte integras grammaticas commentationes exsistere cognitum habemus. Ac tum demum qui in antiquitatis studiis versatur, Graecorum praestantissima opera et linguae elegantiam recte intelligere et plane perspicere potest, si accuratissime examinaverit, quaenam uniuscuiusque scriptoris propria sit dicendi consuetudo, quas leges grammaticas sint secuti poetae et soluti sermonis scriptores.

Cum autem in illam quam nobis proposuimus grammaticae partem nemo quod sciam accuratius inquisiverit, haud supervacaneum videtur, eas leges saepenumero a communi sermone alienas pertractare et adlatis exemplis collustrare, quas et Aeschylus et Sophocles et Euripides in his enuntiatis obrevaverint. Siquid hac ratione profecerim et disciplina grammatica aliquantulum increverit, labor susceptus cumulatissime mihi satis faciet; si quando quae tractatus sum in aestimantium arbitrium venerint, omnium iudicio ac benevolentiae ita commendata velim, ut nihil ultra, quam sim professus, requirant. Priusquam autem ad ipsam materiam quaerendam et locorum huc spectantium copiam digerendam adgrediamur, convenire mihi quidem videtur, ut primum de universa natura enuntiatorum, quae a grammaticis hypotactica appellantur, quaedam generatim praemittamus.

Sed priusquam ad ipsos poetas tractandos accedam, primum universe exponam, quid sint sententiae consecutivae et unde, exordium ducant; deinde de particulatum *ὥς ματε* origine, notione atque usu in his enuntiatis frequentato explicabo; post de structuris ad exprimendam consecutionem adhibitis disserendum est; tum ad extremum et de temporibus et de negationibus mihi videtur esse dicendum. Praemissa hac priore quaestio[n]is parte leges grammaticas hic spectantes generatim atque universe tractabimus, altera, qnam singularem esse volumus, quid sit tragicorum proprium, copiosius doceamus necesse erit.

§. I.

Quid sint sententiae consecutivae quaeritur.

Ac primum sententias consecutivas, qualem quidem nunc praebant speciem, nihil aliud esse nisi re vera correlativas idque subiunctas¹⁾ inde manifesto appareat, quod in iis duae aut condiciones aut actiones, sive mente perceptae sive veritate expressae comparatione facta ita se mutuo respiciunt, ut altera sententia causam exprimat, altera effectum ex hac consequentem significet. Quae res ut comprobetur exempla ex Homero sumpta in medium proferamus, veluti Od. x. 120. *μοῖροι ἔμ' ἐν μεγάροισιν τεκόντιττεν, οὐδὲν διάτοπο τῷ τέλει δισμενέες μάλα μέροι εἴσοντες εἰνὶ οἴκῳ.* ibid. γ. 50. *ἄλλα τεύτερός ἐστιν, διηλκήσῃ δὲνοὶ αὐτῷ τούτεκα σοὶ προτείχω δώσω χρήσειον ἀλεισον* quibuscum conferas τῷ, ideo, in B 250, 255, 354, A 410, β 281, δ 584 al, *τούτεκα* propterea in A 96, A 477, δ 322, ο 296, quos locos, quorum copia ferre infinita est, si accuratius inspexeris, hoc te non fugiet Homerum, quippe qui poeta praestantissimus ab eiusmodi structuris, quales quidem postero tempore videmus, plane abasset, non minus causam ac consequentiam coordinate ut ita dicam expressisse et simili ratione, alteram iuxta alteram posuisse nullo externo discrimine facto, utra sententia primaria sit, utra secundaria. Quodsi stirpem demonstrativam iam inde antiquitus etiam relativi vice func-

¹⁾ Brugmann in Iw. Muelleri Handbuch der Kl. Alt. Gramm Gr. §. 211.

tam neque aliud pronomem nisi solum demonstrativum ad conformatiōnēm verborū paratacticā adhibitū esse compertū habemus, nihil sane est quod miremur tempore procedente enuntiata relativā e demonstratiōvis profecta enuntiatořū liberorū naturam induisse eorumque partes suscepisse. Quorum in genere haud raro enuntiata inventiuntur, quorum forma quamvis relativā sit, tamen sensum praebent consecutivū et simul comparatiōni inservientem veluti in O 736, P 640, X 348, ubi Homerus enuntiatis relativis consecutivis utitur, quem usum et tragicī, raro sane, haud spernunt, cfr., Sophocl. O R. 947. *τοιοῦτος αὐτοῖς Ἄρεος εἰδουλον πάγον ἐγὼ ξηρήθη χθόνιορ δῆτ', δε οὐκ εἴ τοιοῦσδ' ἀλήτας τῇδ' δμοῦτον τάξιν πόλει.* ibid. 1352 *τὸν δὲ ἔξιστες εἰ κάκοισας γέμοι τοιαῦτ' οὐ τὸν τοῦτον οὐτούτον εὐφραντεῖ βίον.* Quae ratio pariter consecutiva ac comparativa quo etiam magis perspicua sit, formulae correlatiōvae invicem sibi respondentēs usurpantur *τοῖος, τοιοῦτος· οἷος, τοσοῦτος· δοσος, τιμίκος ἱκίζος* al. quae quotquot sunt cum qualitatis, quantitatis, modi convenientiam indicent, sententiis a relativō exordientib⁹ consecutionem continere significant veluti in Hom. φ 173 al. et in Soph. OR. 1295 *θέαμα δὲ εισόψει τάχα τοιοῦτον, οἷον καὶ στυγοῦντες επιτικίσαι* ibid 1190: *τις ἀνὴρ πλέον τὰς εἰδαμονίας φέρεις ή τοσοῦτον, δοσον δοκεῖν καὶ δόξαντας ἀποκλίνει¹⁾,* ubi enuntiatum ex relativō aptum consecutionem esse cogitationis primariae plane elucet.

Cum autem demonstrativum *τοιοῦτος, τόσος* sim. longinquo usu quasi in unum ita coaluisset, ut in comparandis sententiis praecedens demonstrativum facile intellectu esset, hoc saepenumero omitti et deinde comparandi vis in solum relativum transferri coeptum est, veluti in Hom. ε. 483. *φύλλων γὰρ ἐγράψατο μίθα πολλή, δοσον τὸν δὲ δίων ήτε τρεῖς λαρδρας ἔρωσθαι, qui usus etiam apud poetas tragicos invenitur neque unquam evanuit veluti in Soph. OC. 309 τις γὰρ ἐσθ' δε οὐχ αἰτῷ φίλος;* Trach. 1001 al. Quae structura etiam post Homeri tempora longe usitatissima est praecipue in formulis *οἷος τέ εἰμι, ἐγέρθη εἰμι οἶος τέ, ἐπι-*

¹⁾ Krueger I, §. 55. 5; Curtius 562, 2; Koch 113, 3; Kurz §. 187.

*τούτῳ ἐγ' οὐ sim. exortis, ubi demonstrativum supervacaneum factum prorsus omittebatur.*¹⁾

Sed ut redeat, unde deflexit disputatio, enunciata de quibus agimus revera comparativa esse et ex eadem ratione orta ea re comprobatur, quod inter eas similitudo et congruentia quaedam intercedat, sive earum causae similes sint sive effectus. Neque tamen ipsae causae et effectus in comparisonem vocantur, sed cum altera, res appareat causa altera effectus ex illa enascens, haec cum illa quasi confertur. Cum autem utraque sententia per se suam vim habeat, vinculo quodam logico ita inter se coniungitur, ut alteram ex altera causae atque effectus legi exortam esse intellegatur. In eiusmodi structura is qui loquitur duas res antea separatas sibi fингит, quas deinde conclusione quadam facta conectit et verbis exprimit. Ac quamvis sententia primaria et secundaria, quippe quae per παράτασιν correlativa sint, artius paullo inter se cohaereant, nihilominus enuntiata consecutiva eandem convenientiae vim exhibere quam enuntiata comparativa vel ex ea re facillime perspicere possumus, quod eadem verborum structura in iis invenitur, quam in enuntiatis primariis cernimus. Sed haec hactenus.

Qua in quaestione cum non dubium sit, quin infinitivi constructio genuina et principalis sit, de discrimine modorum quod exstat inter infinitivi et modorum finitorum usum infra accuratius disseramus; neque magis hunc in locum quadrat, ut quid intersit inter enuntiatum consecutivum quod rem affert animo fictam et illud quod rem re vera factam significat, disceptemus. Namque his de rebus tum erit disserendum, cum de particulis *ως* *ωτε* vere consecutivis et de modis propositam nobis quaestionem, quam ad universa de horum enuntiatorum origine instituenda seiungere nequam convenit, überius aliquanto et fusius suo loco absolverimus.

Videamus nunc quae aliae atque novissimae sint apud Graecos enuntiatorum consecutivorum structurae. Atque

¹⁾ Viehoff, Über die Construction der Pron. *οὗτος* und *δεῖκτος* etc. mit d. inf. Emmerich, Progr. 1841. pg. 1—5.

ex exemplis apud Sophoclem Ant. 220 οὐκ ἔστιν οὕτω μᾶρος δεῖται εἶναι. Eurip. Alc. 192. πολέμις ἡρώων κακός, δῆρος προσεῖπε. ibid Hel. 501. ἀνὴρ γάρ οὐδεὶς ὅδε βίοβαρος φρέσκας, δῆρομα διούσας τοὺς δὲ δῶσει βοοῖς intellegitur, in locum demonstrativorum in enuntiato primario adverbia οὔτως ὥδε, succedere, quibus sententiae consecutivae a relativo exordientes respondeant. Atque hoc loco non queo praeterire, adverbia οὔτως ὥδε sim. quippe cum casus obsoleti sint, non iam ad singulare nomen referri, sed ad totius enuntiati argumentum spectare eiusque universam qualitatem indicare. Itaque usu venit, ut haec adverbia demonstrativa, quia omnium maxime communem sensum habebant, aptissime ad varias qualitatis, quantitatis, modi rationes indicandas adhiberi possent. Quibus quidem in sententia primaria praemissis factum est, ut totum enuntiatum eamque ob causam ipsum verbum finitum qualitatem quandam exprimere videretur ac verbi qualitatis potestatem nanciseretur. Cum praeterea τοιοῦτος, τοσοῦτος al. una cum qualitate quantitate nominis aliquem modum per se exprimant, haudquaquam iis tam late patentem vim adscribere licet, quam illis adverbii, quae non ad singula nomina pertinent, sed etiam totius enuntiati regentis qualitatem non aliter comprehendent ac *Germanicum* so in locutione so dass, vel Latinum ita in ita ut consecutiva.

Quibus positis iam complectamus, quae adhuc disputavimus. Atque ex Homeri carminibus et qui eius sermonem sequuntur cognitum habemus enuntiata consecutiva primitus ac si primaria essent ita iuxta se collocata esse, ut effectus causam sequens e rerum condicione et addito demonstrativo adverbio τῷ, τοιούτῳ, τοσούτῳ, al. intellegendus esset. Cum deinde demonstrativum relativi munus suscepisset, genuina vi abiecta iam comparationibus et sententiis subiungendis inservire coepit. Hoc usu recepto, quo expeditius curreret oratio, demonstrativum saepenumero omittebatur et quae ante integris formulis correlativis effrebat, solo relativo iam exprimebatur. Tali modo aditus ad latiorem structurae usum patefactus est. Etenim cum pronomina omnia haec munera suscipere non pos-

sent, nihil obstabat, quominus in locum pronominalium adverbia succederent, primum in sententia primaria, deinde uti altera huius quaestio[n]is parte docebimus, in sententia secundaria.

Adde quod in his genuinis sententiis consecutivis ab ὅς, οἷος incipientibus eadem comparandi et conferendi vis inest quam in ipsis enuntiatis comparativis animadvertisimus, necessario factum est, ut correlativae particulae comparisonibus primitus inservientes ad enuntiata, de quibus agimus, exordienda exhibita essent. Enuntiatorum correlativorum ad omnium enuntiatorum subiunctorum genuinam structuram idque paratacticam proxime accedere iam Hartungius¹⁾ recticssime perspexit. Haec habui quae de enuntiatorum consecutivorum origine dicerem.

§. 2.

De origine ac vi particularum ὅς, ὥστε.

Ac primum quae sit origo harum particularum quaeramus. Quae quidem a Graeco ὅ--ς pronomine, primitus demonstrativa vi instructo, cui Sanscritanum ya-s respondeat, esse repetendas nunc iam certissime inter omnes constat.²⁾ Quare etiam illud ὅς nihil aliud est, nisi antiqua ablative forma pronominis ὅς, Sanscritano ya-d respondens, quod iam inde ab antiquissimo tempore adverbii modum ac rationem significantis partes suscepit.³⁾ Cui adverbio genuina vi demonstrativa exornato, Latino ita, sic, hoc modo respondenti, accentum imponunt ὥστε; sin ὥστε relativi notionem exhibit, quomodo, qua ratione, accentu caret.

Quibus praemissis de ὥστε particula quaestionem nunc instituamus. Atque hanc ex ὥστε addita τέ vocula esse compositam nonnulli recte cognoverunt neque tamen notionem illius τέ respicientes, quid sibi velit composita vox, plane perspexerunt. Etenim qui ὥστε e demonstrativo ὅς et co-

¹⁾ Lehre von den griech. Partikeln, Erl. 1833. pg. 63. ²⁾ E. Windisch, Über den Ursprung des Relativpronomens in den indogerm. Sprachen. Curt. Stud. 201 ss. 250 ssg. ³⁾ Kuhn in Hoeferi Zeitschrift p. 174, sg.; Curtius, Grundz. d. Etym. 5. Aufl. pg. 602. Delbrück Abl. Loc. Instr. im Altind. Lat. Griech. und Deutschen Berl. 1867. 4 p. Capelle, Philol. 36, 193, ssg.

pulativo *τέ* — *que* — compositum esse idque quod Latinum et ita, itaque primitus significasse arbitrantur, hanc potissimum ob causam in errore versari mihi videntur, quod inde infinitivi structuram vix explicaverint. Licet enim *ωστε* post fortiorum interpunctionem positum interdum vocabulis „itaque, unter solchen Umständen, daher“ vertamus et enuntiatum ab hac particula incipiens legentibus plane seiunctum appareat, tamen vero non habemus quod hanc primam et genuinam illius vim esse sumamus. Neque eis adsentimur, qui¹⁾ A. Rossbachium, illustrissimum auctorem secuti voculam *τέ* e forma *τῇ*, quae quidem in dialectis invenitur, debilitatam esse et locativi casus notionem (da) demonstrativam induisse doceant, qua vocula instar enclitici *ως* particulae adiecta nihil aliud efficitur nisi ut animus ad sequentia quodammodo magis meliusque preparetur.²⁾ Similiter Hartungius³⁾ illud — *τέ* cum casu pronominis demonstrativi *τοι* componit eamque ob causam cum *ως* sit dass, *ωσ-τέ* so dass significare conicit. Ab eodem *τοι* exiens Klotzius⁴⁾ adiuncto-*τέ* indefinitam vim quibusdam formulis inferri dicit, ita quidem ut notio compositi *ωσ-τέ* formulam Latinam „ut quodam modo“ adaequet. Quamquam neque *τέ* ex *τοι* derivandum nobis comprobatur neque qua ratione *τέ* vim illam indefinitam acceperit a Klotzio docemur, tamen veram eius significationem inscius fortasse hic vir doctus sensisse videtur. Neque enim multum ab his differunt ea quae G. Hermannus⁵⁾ de *τέ* particula cogitaverat, qui vir doctissimus ei vim non proprie copulativam sed magis indefinitam et incertam tribuit, ut Latino *fere*, vernaculo etwa respondeat; hinc *ωστε*, *οῖσθε τέ*, *ωστε ἔνθα τέ*, et quae reliqua sunt huius modi, esse explicanda probat. Neque iniuria Hermannus hanc explicandi viam ingressus esse nobis videtur, praesertim cum *ωστε* non plane idem sit quod *καὶ δε* *et qui*, sed proprie *quique* significet atque in eiusmodi compositione particulae *τέ* et *que* lenius

¹⁾ Veluti Wentzelius in progr. gymn. Glogav. a 1847. ²⁾ Brugmann I. c. pag. 223. ³⁾ Hartung, Lehre von den Partik. d. griech. Spr. I. 64. sg. ⁴⁾ ad Devar. p. 739. ⁵⁾ De particula *τέ*, IV. pg. 11, ad Viger. p. 833.

id significant, quod fortius *omnino*, *ceterum*, *fere* dixeris, et *qui fere* „*wer irgend*“ sit vertendum. Quid quod in hac re eruenda etiam Kvicala¹⁾ recensitis virorum doctorum variis sententiis Hermanni vestigia secutus particulae $\tau\varepsilon$ genuinam vim indefinitam esse statuit. Quam cum Sanscritana *ca* et Latina *que* cognatam¹⁾ primitus indefinitam esse ille tam aperte demonstravit, ut inter omnes qui nunc sunt viros doctos nemo sit, qui genuinam hanc significationem neget. Quae cum ita sint, amplificatum pronomen $\theta\sigma\tau\varepsilon$ eandem fere potestatem habeat quod „*irgend welcher*,“ „*welcher etwa*“ necesse est; ex quo efficitur, ut eadem ratione etiam $\theta\sigma\tau\varepsilon$ adverbium vernaculo „*wie irgend, wie etwa*, ut *fere*, ut *quodam modo*,“ imminuta videlicet Latinae vocis vi, proxime accedat. Adde quod $\theta\varsigma$ modale ad comparationes instituendas saepissime adhibetur, cuius quidem usus apud omnes scriptores, ne dicam apud Homerum, plurima exstant exempla neque minus vox $\tau\varepsilon$ in ceteris fere omnibus iuncturis comparativis veluti in $\theta\varsigma$ $\varepsilon\tau$ $\tau\varepsilon$, $\theta\varsigma \theta\tau\varepsilon$, $\theta\varsigma \delta' \theta\tau' \lambda\tau$, $\theta\sigma\sigma\sigma\tau \tau\varepsilon$ al. usurpatum, non dubium est, quin etiam $\theta\sigma\tau\varepsilon$ ad comparandum idoneum factum sit atque ex usu illo frequentatissimo simplicis $\theta\varsigma$ emanaverit.

Quibus ita expositis de usu particularum $\theta\varsigma$, $\theta\sigma\tau\varepsilon$ genuino idque comparativo paucis attingere aequum videtur; de $\theta\varsigma$ autem particula cum iam alii copiosissime fecerint, nos quidem hoc loco omissimus. Ac primus $\theta\sigma\tau\varepsilon$ ad comparationes inducendas ita usurpatum invenimus, ut aut post $\theta\sigma\tau\varepsilon$ verbum finitum e sententia primaria suppleri opus sit aut in comparatione ab $\theta\sigma\tau\varepsilon$ incipienti verbum finitum sit expressum eamque ob rem duo exstant enuntiata. Qui quidem usus apud Homerum longe creberrimus etiam apud poëtas tragicos quamvis rarius invenitur, quem inter Atticos soli ex illo poëtarum principe sibi sumpsisse videntur, ubi et nomina inter se conferuntur, veluti apud Aeschylum Pers. 422, Sept. 62, Agam. 666, 1642, Coeph. 409, Eum. 618 al; apud Sophoclem Ai. 300, Oed. Col.

¹⁾ Ztschrft. f. oesterr. Gymn. a. 1864. pg. 393 ss. ²⁾ Brugmann I. c.

343, Ant. 1084, El. 444, Trach. 367, 530, 573, 768, 1091; apud Euripidem Jph. Aul. 1082, Hec. 178, 205, 337, El. 748, Heracl. 423, Her. fur. 110 al., et totae sententiae, ubi suum verbum positum est, inter se comparantur, veluti apud Sophoclem Ant. 586, Trach. 122, 125, 699, al. In omnibus his quae citavimus exemplis¹⁾ ὥστε particula geruinam suam vim comparationes inferendi nondum amisisse clare appetet. Qui quidem usus clarior fit, ubi ab ὥστε integrum exorditur enuntiatum atque adverbio relativo ὡς, οὕτως demonstrativa respondent. Sed haec hactenus.

Quaeramus nunc, qui factum sit, ut ὡς et ὥστε particulae comparativae in usum coniunctionum consecutivarum abierint. Atque hanc quidem quaestionem Baeumlinus²⁾ accuratissime mihi perspexisse videtur, qui haec docet: „Was die Partikeln ὡς und ὥστε betrifft, so stehen sie auch in dem Folgesatz ursprünglich als *vergleichende* Partikeln, um die Angemessenheit der *Ursache* und *Wirkung* auszudrücken. Die griechische Sprache bediente sich nämlich, um das Causalverhältnis zwischen zwei Handlungen zu bezeichnen, namentlich solcher Ausdrucksweisen, die ein Ent sprechen, eine Angemessenheit des Einen zum Anderen bezeichnen. Demgemäß müssen wir bei ὥστε und ὡς im Folgesatze von der Bedeutung „wie“ ausgehen, wodurch Ursache und Wirkung in ein gleiches, sich gegenseitig entsprechendes Verhältnis treten.“ Neque aliam viam Schmalfeldius³⁾ ingressus est, qui ab indefinita particulae ὥστε significatione profectus illa duo genera enuntiatorum et comparativi et consecutivi hoc exemplo collustrare studet: *Toῖς φίλοις οὕτω χρῆται ὥστε οὐκ ἔστιν δύνας οὐ βούλεται φίλος αὐτῷ εἶναι* gibt in dem Nebensatze mit ὥστε die Qualität der Behandlung der Freunde an; er behandelt seine Freunde mit einer Behandlungsweise, mit welcher

¹⁾ In locis e fabulis Aeschyli proferendis Kirchhoffi, e fabulis Sophocleis Weckleinii, in Euripidis Naucki novissimis editionibus usus sum; in fragmentis citandis Aeschyleis et Sophocleis Dindorfium, in Euripideis Nauckium secutus sum. ²⁾ Bäumlein, Untersuchungen über die griech. Modi, Heilbr. 1846, 88 sq.
³⁾ cfr. Schmalfeld, Syntax des griech. Verbs, pag. 315.

der Wunsch verknüpft ist, seine Freunde zu sein. Indessen ist die im Nebensatze angegebene Qualität selbst die Eigenschaft eines Subjects, aber mit der Eigenthümlichkeit, dass sie Ausfluss der Eigenschaft des Subjects im Hauptsatze ist oder was dasselbe ist, der Wunsch ist die Folge der Behändlung, welche somit als Grund des Wunsches erscheint.“ Quae si recte sese habent, ὡς et ὥστε particulae non solum qualitates inter se conferunt, sed ipsae qualitatem indicant ita quidem, ut sententiae subiunctae qualitatē actionis illis introductae actionis aut status qualitatem exprimant. At discriminē, quod inter enuntiata vere comparativa et consecutiva intercedit, vel ex eo intellegitur, quod in illis sententia subiuncta praecedere solet, in his primaria sententia semper postponitur; cum porro enuntiatis, quae vulgo comparativa feruntur, res vere factae secum comparentur, sententiae saepissime adhibentur, ut res quae cogitantur, animo fictae sint intellegendae. Neque hac in re illud praetereundum est discriminē, quod in comparativis ὡς saepissime usurpatur, in his ὥστε conjunctionis usus non dico significationem, mirum quantum praevalēt. Apud Homerum quidem ὡς in sententiis consecutivis nusquam legitur; ex quo nobis colligere licet ὥστε iam antiquitus propter latiorem vim *ut fere, ut quodam modo* ad consecutiones inducendas aptius usurpatum esse.

Neque vero ὥστε apud praestantissimum hunc poëtam ita frequentatur, uti expectaveris. Namque cum duo tantum loci apud Homerum legantur, Il. I. 42, et Od. ο. 21, qui veram consecutivorum enuntiatorum formam nobis praebent, Classeni¹⁾ sententiam amplecti iuvat, qui vir doctus, quamquam ὡς in usu prius fuisse quam ὥστε iam ex origine enuntiatorum consecutivorum luculentissime apparet²⁾, hunc particulae usum Homericum posterioris frequentationis fontem esse dicit. Cum praeterea ὡς pro ὥστε sine ullo notionis discriminē et cum modo finito et cum infinito iunctum semel atque iterum usurpetur neque tamen ὥστε, ubi ὡς in usu esse solet, positum inveniamus, veluti in sen-

¹⁾ Annal. phil. 1859. pg. 302. ²⁾ Delbrueck, S. F. pg. 98.

tentiis finalibus, temporalibus, causalibus, facile inducimur, ut quo tempore ὡς in locum particulae ὥστε proveniebat, haec plenior consecutivorum sententiarum iam propriam factam esse comprobemus. Neque ulla alia res nisi loquendi consuetudo efficit, ut postea ab usu particulae ὡς consecutivo scriptores paullatim recederent et ὥστε solum sententiis consecutivis remaneret, quippe cum illi alias sententias inducendi munus attribueretur. Quod ita se habere in illorum scriptorum operibus, qui Aeschyli aetatem secuti sunt, cerni potest. Cum enim Aeschylus, Herodotus, Xenophon iterum ac saepius ὡς pro ὥστε ponant, apud Sophoclem illud ὡς rarius legitur, ab Euripide excepto uno aut sumnum altero loco hac ratione usurpatum invenimus; iam vero in Aristophane et oratoribus Atticis ὡς consecutivum frustra quaeres. Sed si placet ad reliqua pergamus et nunc quaeramus, qua correlationis via ὥστε, ὡς particulae ad consecutiones inferendas aptae factae sint.

Ac primum cum formulae τοιοῦτος οἶος, τοσοῦτος-ὅσος sim. qualitati, quantitati indicandae inserviant, et sententiae quas inter se conectunt re vera sint comparativae, adverbia quoque correlativa οὕτως ὡδε — ὥστε ὡς, praesertim quae non singulorum nominum sed totius sententiae idque actionis qualitatem indicent, eodem munere fungi posse per se patet. Verba igitur οὕτως σοφός ἐστιν, ὥστε ταῦτα εἰδέναι proprie significant: „Dieser ist in einer solchen Weise klug, wie dies zu wissen;“ infinitivo modo, id quod sententiarum cousecutivarum est, praedicati qualitatem describi nemo negat. Qua in re cum adverbium demonstrativum, tum alia quoque vocabula quantitatem vel qualitatem significantia praemitti possunt¹⁾), quibus ὡς, ὥστε respondentes totius actionis qualitatem tamquam comprehendunt. Cumque altera sententia, in qua demonstrativum invenitur, causam, altera a relativo incipiens consecutionem vel effectum ex illa causa evadentem significet, ad illam dicendi rationem adducimur, e qua sententiae secundariae vis insit consecutiva ita quidem, ut locutiones τοιοῦτος-ἥστε per formulas

¹⁾ Kühner, gr. gram. § 76. 3.

von der Art — wie, derartig — wie aut *ἰανός εἰμι* — ὡστε
προσιάττειν ich bin geeignet — wie zu befehlen, dass ich
befehle, (adeo - ut) vertamus necesse est. Hoc autem cor-
relationis vinculum paulatim sic relaxabatur, ut praecedens
demonstrativum *οὗτως*, *ὧδε* al. proinde atque alia demonstrativa
prorsus omitti posset eamque ob causam tota correlationis vis in simplex ὡστε, *ὡς* transferretur. Unde factum
est, ut ὡστε, *ὡς* iam solum et singulorum verborum et sententiarum consecutiones introduceret.

Atque etiam hoc animadvertendum est, ὡστε et nullo praemisso demonstrativo adverbio ad consecutiones introducendas adhiberi: itaque haud pauci loci inveniuntur, ubi sententia consecutiva prorsus fere sciungi videtur a regenti sententia atque ea re ipsa exsistat primaria. Quod si fit, enuntiatum ex ὡστε ordiens fortiore interpunctione ab antecedentibus distinguitur et illud ὡστε optimè aptissimeque verti potest „itaque, igitur, daher, deshalb, unter solchen Umständen“. Quod etsi causas in praecedentibus allatas complecti videtur, nihil tamen aliud est nisi *ut* Latini sermonis consecutivum neque aliter sententiam adnectit ac locutiones relativae „quamobrem, qua de causa,“ sim. Neque igitur probanda est eorum sententia, qui — ut exempli causa Viehoffium, Matthiaeum afferam — modos e particulis aptos esse praecipiunt. Quas enim partes particulae hac in re agant, Windisch¹⁾) sententiam p. 418. producere sat est, qui vir doctissimus haec docet: „die Coniunctionen sind nicht als Satztyrannen zu betrachten, sondern sie sind allgemeiner Ausdruck der Verhältnisse, in welchem die Sätze stehen“. Atque hoc rectum esse non ita longa demonstratione videtur opus esse, si modo consideraveris omnes particulas modis adiunctas eodem fere munere fungi quo praepositiones casibus obl. additas. Sed ut eo redeat, unde degressa est oratio, ante illud ὡστε, ubicunque per *itaque* verti solet, veterum scriptorum recentiores editores non semel sine causa punctum ponunt. Eiusmodi fortior interpunctio me

¹⁾ A. E. Windisch, Curtius' Studien II.

quidem iudice ea de re non semper defendi posse videtur, quod utrum scriptor primaria sententiae prorsus finitae consecutionem ita adiungere voluerit, ut singularem efficeret sententiam necne, nos quidem diiudicare nullo modo possumus. Atqui sunt, qui ante $\omega\sigma\tau\epsilon$ c. inf. coniunctum vel etiam initio responsionum veluti in Aesch. Pers. 244, Agam. 541; Soph. Ac. 453, OR. 175; Eurip. Hec. 246. al. plerumque comma praeferant, nempe quod his locis responsio cum interrogatione tam arte cohaereat, ut fere membrum appareat, quod divelli non possit. Qua de re haec est mea sententia. Ac de particulis $\omega\sigma\tau\epsilon$, $\delta\varsigma$ satis dictum est; sequitur, ut de structuris ad consecutionem exprimendam adhibitis disseramus.

§. 3.

De structuris in enuntiatis cosnsecutivis, quales sint, agitur.

Ac primum cum his in enuntiatis infinitivi constructio genuina et principalis sit, primum a) de huius modi natura, quae memoratu digna et ad enuntiatiata consecutiva recte tractanda summi momenti esse videntur, generatim praemittamus necesse est, antequam ipsam instituerimus quaestionem. b) quomodo fieri potuerit, ut $\omega\sigma\tau\epsilon$ $\delta\varsigma$ particulae infinitivo adiungerentur; reliquum erit, ut c) de modorum structura, quae sit finitorum, qui item in usu sunt, disseramus, d) quibus quod inter hos et infinitivum intercedat discriminem, paucis adnectamus.

a. Quid sibi infinitivus velit et quaenam eius sit origo, viri docti per longum tempus inter sese discrepuerunt. Quae dissensio quaestionibus ab iis, qui grammaticae comparativa, ut aiunt, operam navarunt, accuratissime institutis tandem aliquanto sublata est; inter quos Francisci Boppi¹⁾ hac de re meriti sententiam in medium proferre iuvat, qui vir doctissimus infinitivum Graecum nihil aliud esse monstravit nisi nominis actionis casum quendam notione

¹⁾ cf. Bopp, Vergl. Gramm. §. 882 sq.

abstracta indutum et iam inde ab Sanscritanis temporibus quodam modo oblitteratum. Sed quinam casus huius formae fuerit, unde ducendus sit, alii v̄ri docti aliam sequuntur sententiam. E quibus Curtius¹⁾ Schoemannus²⁾ al. eum locativum, quem quidem in Homericō δό-μεν opinatur, esse volunt, alii velut Delbrueckius,³⁾ G. Meyerus⁴⁾ et nuperrime Brugmannus l. c. pg. 174. infinitivum esse dativum, qui obtorpuerit, usu finali, cfr. Soph. OR. 84; exornatum contendunt, cuius quidem speciem saepenumero apud Homericū in δό-μεν — *et* al. vides, usum finalem eamque consecutivum etiam nunc in Hom. Il. Z. 463, 360, al. legis. Sed quomodo cumque res se habet, praesertim cum et locativus casus, ubi quid fiat, quove quid sit directum, significet, consilii ac finis notionem infinitivo ab origine fuisse innatam, omnes qui nunc sunt viri docti iam consentiunt.⁵⁾ Quae vis quam diu servata sit, nescimus. Temporibus vero procedentibus factum est, ut genuina illa nominis actionis notio casualis paulatim obscurata esset atque ad verbi naturam proxime accedens cum iam in tempora et genera distingueretur, non minus verbi finiti partes suscipere quam quod facile appareat, casus regere posset. Quid quod exstincta substantivi natura infinitivus ita verbo exaequatus est, ut idoneus factus esset, qui pro verbo finito usurpatus cum ἡρ particula finitorum modorum propria consociaretur. Atque ad hanc naturam infinitivi casuali significatione tamquam exutam referenda est iunctura verborum, quam accusativum c. inf. grammatici vulgo vocant. Qui quidem casus principio tum locum suum obtinebat, cum verbum finitum erat transitivum et obiectum requirebat cfr. Hom. B, 11. θωρῆσαι 'ε κέλευθε νάρη κοπιῶντας λγανούς; unde usu loquendi venit, ut etiam verbis intransitivis accusativus casus, qui iam subiecti partes tenebat, analogia quadam adnecteretur. Neque quidquam miri haec res habet, dummodo meminerimus, quam facile

¹⁾ cf. G. Curtius, Erläuterungen z. gr. Gramm. pg. 199. ²⁾ cf. Redetheile, pg. 66. ³⁾ cf. Kuhns Zeitschr. XVIII. pg. 81. ⁴⁾ Graec. gram. ² 509.

⁵⁾ cf. Brugmann §. 146, et §. 170; Kühner pg. 586.

Graeci in variis dictionibus accusativum subiecti quamvis e nullo verbo finito aptum, cum infinitivo coniungere soliti sint idque non solum cum *ωστε*, sed etiam *αριν* particula socia.¹⁾

Quibus iam expeditis accuratius quaesituris, qui factum sit, ut infinitivus non minus consilio, imperativo, Soph. Ai. 442. 747, ut universe dicam voluntati, quam consecutioni exprimendae inserviret, praeter Brugmannum²⁾ denuo hanc rem recensentem imprimis Baeumleini³⁾ sententia nobis non est neglegenda, qui vir doctissimus omnium quod sciam sagacissimum hoc de usu tulit iudicium, quod h. l. proferre liceat: „Der griechischen Sprache war es von den ältesten Zeiten bis in die späteste eigen irgend einer Handlung d-n Infinitiv beizugeben, um das Ziel, Zweck, Bestimmung, Erfolg, Absicht der Handlung zu bezeichnen. Die älteste Vorstellungsweise nämlich, wie wir nicht nur am Hebräischen, sondern auch am Lateinischen ut c. conj. sehen, hat den Unterschied zwischen Erfolg und Absicht noch nicht gezogen. So lagen in dem griechischen *Infinit.v* beiderlei Verhältnisse umgeschieden in einander.“

Quae sententia per se tam perspicua tamque facilis est ad intellegendum, ut opus non sit eam copiosius explicari. Quae quidem res ut tamen exemplis comprobetur age afferamus locum ex Il. Φ 120. τὸν δὲ Αγιλλέας πορεύοντες λαβὼν ποδὸς ἵκε φέρεσθαι et P. 463. ubi infinitivi integrum actionis qualitatem indicant⁴⁾ consilium et consecutionem simul experimentem. Neque vero Attici dicendi consuetudine merus infinitivus his locis sufficeret, sed ad consecutionem indicandam tota iunctura hanc fere speciem acciperet: οὐτως ἵκετε ωστε φέρεσθαι. cfr. ibid. I. 42. Z. 463. X. 223, cuius meri infinitivi usus consecutivus mirum quantum viget apud Homerum ac saepius apud tragicos invenitur. Aesch. Pers. 248, Suppl. 685. Soph. Ai. 786. El. 664.

¹⁾ cfr. Delbrueck, de infln. Graeco. Hal. Sax. p. 65; Brugmann l. c. pg. 195. ²⁾ cfr. Brugmann l. c. §. 170. ³⁾ cf. Untersuchungen p. 338. ⁴⁾ cf. Schmalfeld, l. c. 315.

Quibus praemissis cum iam qualitatem vel dicam qualitatis consecutionem simplici infinitivo indicari cognoverimus, primum de hoc, qualis sit, tractare convenit; deinde id quod summa rei est, in infinitivum cum *ωστε*, *ὅς* particulis coniunctum accuratius inquiramus.

b. De infinitivo cum particulis consecutivis coniuncto.

Atque vis illa consecutiva mero infinitivo etiam nunc inesse vel nullis particulis additis potissimum ex iis intellegitur infinitivis, quorum constructio post Homeri quoque aetatem creberrima, adiectiva quaedam et verba qualitatis actionem¹⁾ per se significantia sequitur, quorum in numero sunt adiectiva: *τοῖος*, *τοιοῦτος*, *οἶος* *τε*, *δύος*, *τοσοῦτος*, *ηλίος*, *ηλίους*, *ἀγαθός*, *δεῖτρός*, *Ἐριμός*, *δίκαιος*, sim., verba veluti *εἰναι* *γέγοντα* *περιέχειν* al; cfr. Soph. Aut. 523. *οἴτοι συνάγεται*, *ἄλλα οὐρανίκειν ἔργα*; *ποιεῖν*, *ἔθελειν* cfr. Aesch. Pers. 714. Eum. 878. Qui infinitivus nihil aliud nisi obiecti subiective locum vere obtinere itaque genuinam naturam casualem plane declarare inde luce clarius appetet, quod ei articulum haud ita raro esse adjunctum videmus, veluti Soph. ibid 78. *τὸ δὲ βίᾳ τολιτῶν δοῦνειν ἔργα*. Electr. 1029, 1079²⁾. Paulatim autem factum est, ut nudus infinitivus ex his qualitatis vocabulis dependens et obiecti et subiecti vice fungens non iam suppeditaret, quapropter *ωστε* particula propter genuinam suam vim „ut quodam modo“ aequa in comparationibus atque in consecutionibus ad illam qualitatis notionem accuratius exprimendam necessaria videretur³⁾, veluti in Aesch. Eum. 878, Soph. Phil 565. 970. 1350. *δίκαιων ωστε* *ἔμοι κλέψειν λόγον*. Eurip. Hel. 1327, *ἴστελε ωστε λέγεται*. Or. 52. cfr. Soph. Phil. 652, 901. Quibus locis cave existimes hanc particulam post *συμβάνειν*, *συμφέρειν*, *προέλειν*, *ἔστιν*, *ποιεῖν*, quorum verborum infinitivus periphrasis existit obiecti aut subiecti, supervacaneam positam esse, ut in libris grammaticis legere soliti sumus, immo potius cum

¹⁾ Krueger, §. 55. 3. Kuehner pg. 1002 et §. 473. ²⁾ Krueger, Is. §. 50. 6. 7. Kuehner I. c. p. 579 ³⁾ cfr. Kvicala, I. I. pg. 408, ⁴⁾ Quas quidem in Germanicam linguam versiones, cum aliter vertere non possimus, cum Akenio 23, I. II., haud satis accuratas esse censemus.

pisā denotet qualitatem, verbi ipsius modum et consequiae rationem clarius significare ducenda est; cfr. Kühner p. 581. 9. Quae cum ita sint, δέρασθαι·ώστε proprio est „befähigt sein — wie“, έθέλειν·ώστε „beabsichtigen in einer Weise — wie, so dass, οἷός τε befähigt - zu“ Od. l. 173 “ἰκανὸς εἰραι ὥστε „geneigt sein wie-so dass“. sim.¹⁾ Cum autem illis in vocabulis qualitatis notio quamvis interdum obscurata et immutata, latens tamen et abdita sit intellegenda, efficitur ut in eiusmodi iuncturis οἵτως correlativum nunquam positum inveniatur. Sic usus hic ad rationem infinitivi post ώστε positi perspiciendam nos est ducturus.

Sed priusquam ad οἵτως ώστε et ώστε transeamus, adiungere liceat particulae ώστε post comparativum constructio nem,¹⁾ quae quamquam haud ita idonea videtur, quae ad universum huius particulae usum multa adferat, hac occasione data tamen non est praetermittenda, quia similiter ac post illas, quas enumeravimus qualitatis notiones neque tempus finitum neque demonstrativum οἵτως exhibet; sicubi ώστε omissum est, infinitivus ex ipsa qualitatis notione, adiectivo innata, dependet, velut Soph. OR. 1293 τὸ γὰρ ρόσημα μετξορ ἵ (quam ut c. conj.) φέρειν „schwerer zu ertragen, als ein solches, welches man ertragen kann“. Eurip. Alc. 229, Hec. 1107. Andr. 80. al. Sed de his satis; sequitur deinceps, ut ad οἵτως ώστε c. inf. iam transgrediamur.

Atque cum ea, qua de adhuc disseruimus, iunctura esset amplificata neque id quod effici dicendum erat, vocabulis qualitate parentibus penderet, modum actionis externa quoque forma distincte definire oportebat. Praemissis igitur οἵτως, ὅδε, τοῦτον τὸν τρόπον, εἰς τοῦτο, τόδε ἔχειν, al. sim. factum est, ut ipsum verbum finitum actionis qualitatem quandam nancisci nactamque eodem modo ac ratione indicare videretur, quo notiones τοιοῦτος, δίκαιος, δέρασθαι al. quibus illam vim innatam esse notum est. Accedit hoc quod praecedens adverbium demonstrativum cum verbi tum totius sententiae qualitatem indicat; sequitur, ut in enuntiatis consecutivis praecedens demonstrativum saepius

¹⁾ Kruegerus, §. 44, 4. Kuehnerus pg. 1004. δ. 1. 2.

quam in vere comparativis suppleri possit, itaque ὥστε solum ad sententiae consecutionem introducendam, idoneum factum sit, veluti illis duobus Homericis locis II, I. 42, Od. ο. 21. ubi hanc particulam infinitivo adiungi coeptam legimus. Haec igitur structura, quam inde ab Homeri temporibus repetere possumus, magis magisque ab omnibus Graecorum scriptoribus recepta increbruit et hanc ob rem, ut mea quidem fert sententia, pro genuina et principali habenda est. Quibus expositis satis docuisse videor, qua via ac ratione venerit, ut particula ὥστε, (ὥς), de qua agitur, cum infinitivo coniungi posset.

Ac naturam infinitivi genuinam, qua et consilium et consecutio una significetur, cum nulla addita particula, cfr. Aesch. Pers. 248. Suppl. 685. Soph. Ai. 768 El. 664 al. non solum apud Homerum, uti supra ostendimus, sed etiam apud posteriores Graecorum scriptores haud ita raro invenimus, tummaxime, apud tragicos expressam legimus, cfr. Aesch. Pers. 713 Ag. 364. Soph. OR. Eur. Suppl. 1228 idque adiuncta particula ὥς, ὥστε. Quae quidem principalis vis finalis et consecutiva ex hoc usu longe lateque prolato enucleari potest, secundum quem infinitivus, quem Kruegerus¹⁾ absolutum appellat, inter alia verba per παρένθεσιν liberiore quodam modo collocatus²⁾ saepissime usurpatur atque hodie in certarum formularum speciem abiit.³⁾ Ad quas conformandas omnes Graecorum scriptores ὥς particula utuntur. Inter multa et varia, quae eius generis exstant exempla e tragicis nonnullaa dscribere liceat, velut Aesch. Pers. 705. ὥς εἴτεν τρόπος. Agam. 1554 ὥς τορῶς γράσαι, Soph. OC. 16. ὥς επειδόσαι, OR. 82, εἰκάσαι, ubi ὥς omissum est ac nos vertimus „vermutlich“; Trach. ὥς γ' ἐπειδόσαι ἔμε „ut ego quidem conicio.“ Eur. Alc. 801. Bacch. 1078; Herc. fur. 713. Or. 1296. Frgt. 1117. v. 63. Quas locutiones, quibus antecedentium verborum vis aliquantulum aut infringitur aut augetur, in Germanicam linguam ita vertere, solemus

¹⁾ cfr. Krueger, pg. 55. 1. 3. ²⁾ Kuehnerus pg. 1008. 3. ³⁾ cfr. Delbrueck, inf. Graec. pg. 227.

ac si iis nulla alia nisi finalis notio inhaereat, „um den starken Ausdruck zu gebrauchen, um es deutlich zu sagen“ sim., Latine autem hae formulae ita vertuntur, ut consilii et consecutionis vis etiam eluceat, „ita ut hoc gravi verbo utar, accurate dicam“, al. Atque ut hanc verborum structuram adverbiorum fere partes agentium statim hoc loco absolvamus, afferamus necesse videtur esse eas locutiones, in quibus vis consecutiva praevalet, quae sunt; *ὅτιον, μηροῦτον πολλῷ δεῖν, ἀπολεῖται* — „ita ut haud multum, tantum absit, ut i. e. fere, paene, propemodum.“ Qui usus adeo progressus est, ut omissa *δῆς* particula articulus praemitteretur, ita quidem ut hic infinitivus, exstincta vi principali cum articulo iungeretur et accusativi respectivi, quem vocant, naturam indueret; *τὸ έτερον εἴρεται*, « quantum quidem ad me pertinet, »*τὸ τέταρτον εἴρεται*» pro preesentis temporis condicione, sim. Quibus ita expeditis, restat iam quaerentibus, ut modorum finitorum, qualis sit structura, paucis absolvamus.

c) **De modorum finitorum in sententiis consecutivis usu.**

Atque indicativi et universe modorum finitorum in hoc enuntiatorum genere structuram ex infinitivi constructione exortam esse iam Homeri carmina aperte declarant, apud quem si sententias coordinate, ut ita dicam, iungendi consuetudinem exceperis, non tam verbi finiti quam infinitivi usus consecutivus invalescere incipit.¹⁾ Quae quidem ratio etiam magis perspicua est iis locis, ubi praeter merum infinitivum consequentiam exprimentem relativae enuntiationes adiectivis *οἶος, υἱός τηλίκος* introductae et cum infinitivo iunctae leguntur: Od. ε. 116; N. 483; τ 160, φ 173 al., ut praetermittam illos solos locos in Il. I. 42 et Od. φ 21, ubi *ώστε* c. inf. invenimus.²⁾ Ac ne quis forte putet Homericum etiam indicativum cum hac particula coniunxisse in Od. α. 227, γ 246; utriusque sententiae nexum accuratius recenseat velim, ubi *ώστε* non consecutionem immo vero causam et comparationem „dem.gemäss — wie, sofern — weil“

¹⁾ Kuehner, 1001. 2. ²⁾ ibid. 580 p. 3.

indicari cognoverit, id quod plerique editores veluti Faesi, Ameisius, Crusius iampridem adnotaverunt.

Quae cum ita sint nihil est mirandum, si modorum finitorum usum et postea rarius usurpatum videmus.

Inde explicari potest, quod particulam quoque *ως* quae sine ullo sensus damno perinde atque *ωστε* usurpatur, modis finitis haud ita frequenter additam legimus. Ex hoc autem particulae *ωστε* c. infinitivo tam frequenti, cum indicativo tam insueto usu causam aliam video nullam, neque quisquam, quod sciam, hanc rem aliter explicavit. Praeterea ad perspiciemdam modorum rationem etiam hoc teneamus oportet sententias consecutivas addito verbo finito effectu etiam proprio enuntiato indicare eamque ob rem causae et consequentiae cohaerentiam accuratius distinguere. Itaque praeter indicativum: Soph. Ai. 668. 794 El. 275. Eur. Hip. 634. Med. 569. al. non solum optativus nude positus Eur. Hec. 854. I. A. 417, sive potentialis c. *ἄν* particula per modorum quandam assimilationem amplificatus cfr. Soph. Ai. 212. OR. 857 al. legitur, ut consecutionem modestiore et incerto quodam dicendi modo, si hoc dicere licet, pronuntiet, cfr. El. 333. et ex mente ac fictione alicuius ortam proferat,¹⁾ sed etiam imperativus modus invenitur, veluti Soph. El. 1172: quo si quis utitur, vehementer et rhetorice expostulat, ut quis quid faciat neve faciat. cfr. Eur. 953. Coniunctivum modum. quem grammatici e scriptoribus prosae orationis Plat. Phaedr. 227 D. Crit. 45. B. Soph. 239 B. al. afferunt, nihil aliud nisi hortativi partes tenet imperativi vice fungens.²⁾ Etiure quidem. Namque cum coiunctivi sit, voluntatem (Delbrück. Gebr. d. Conj. u. Opt. in Griech. III. 12). significare, iam e genuina huius modi notione fieri non potest, quin in his de quibus agimus, enuntiatis, usurpetur, nam nimirum ratio inter causam et effectum intercedens e voluntate subiecti non possit dependere. Neque minus *ωστε* indicativo temporis praeteriticum *ἄν* particula iunctum videmus, cfr. Soph. OC. 272.. qua iunctura usurpata consecutio nobis ante oculos ponitur, quae exsisteret

¹⁾ Kuehner pg. 1014. 5. ²⁾ Krueg. §. 65. 3.

vel exstitisset, si quaedam consecutiones efficerentur aut certis condicionibus ad effectum perductae essent.¹⁾

Adn. Huius loci est commemorare de infinitivi cum *ωστε* coniunctione structura, cui *λη* particula interdum addi solet. Quam verborum structuram sive ex indicativo cfr. Soph. El. 755 sive ex optativo c. *λη* iuncto cfr. Soph. OR. 374 esse derivandam inde clare elucet, quod universa huius particulae cum infinitivo structura ad orationem obliquam perinde referri debeat atque in oratione recta *λη* aut cum indicativo aut cum optativo coniungeretur. Sed hac de re pervulgata et trita satis dictum esse arbitror.²⁾

Praemissis, quae universe de modis finitis consideranda mihi erant, proximus est locus, ut discriminem, quod inter modorum finitorum et infinitivi usum consecutivum intercedat, statuamus.

d) Quid intersit inter modorum finitorum et infinitivi usum consecutivum quaeritur.

Atque cum hac in quaestione aliquid certi statuenda plerique viri grammatici varias protulerint sententias neque eas omnes hic recensere nesse videatur, mihi quidem satis est pracepta quaedam afferre veluti Buttmanni,³⁾ qui haec docet: „In der Bedeutung „so dass“ wird *ωστε* mit dem Jndicativ aller Tempora verbunden, wenn es sich mit „und so“ vertauschen lässt, überhaupt aber, wenn der Erfolg nicht als beabsichtigter sondern als factisch vorhandener dargestellt wird“; neque aliter Kruegerus (cfr. Krueger I. c. §. 65. 3) et Kuehnerus⁴⁾ docent, quorum hic talia profert: „Der Jndicativ steht, wenn die Folge als eine nicht nothwendige und unmittelbare bezeichnet werden soll, der Infinitiv, wenn sie aus dem Vorhergehenden sich nothwendig und unmittelbar entwickelt hat.“ Quibuscum conferas velim Curtii, Madvigi, Kochi aliorum pracepta, quae haud multum ab illis abhorrent. Neque vero Ake-

¹⁾ Krueg. §. 65. 3. 2. Kuehner I. c. pg. 1007. 2. ²⁾ Kuehner. I. c. p. 1007. 2. ³⁾ Buttmann, Gr. Gram. Berl. 1869, pg. 444: ⁴⁾ cfr. Kuehner I. c. pg. 1002. 1. et pg. 1112. 3.

nius¹⁾ qui omnium cautissime hanc rem tractat, illud discri-
men omni ex parte me quidem iudice dirempsisse videtur,
qui²⁾ sic disserit: Im allgemeinen steht, wenn der Haupt-
satz nicht eine eigentliche Handlung, sondern eine allge-
meine Beschaffenheit ausspricht, der Infinitiv; gibt aber
der Hauptsatz selbst eine einzelne Handlung an, wenn
der Nebensatz ebenfalls eine solche angibt, der Indicativ⁴.
Quae quidem grammaticorum leges quas attulimus, utrum
indicativus an infinitivus sit ponendus, cum certis finibus
circumscribi non queant, quia Graecorum scriptores alii
aliam, uti fit, logicam rationem respicientes non modo res,
quae consequi possint, verum etiam quae re vera conse-
quantur non semel infinitivo exprimere soliti sunt,
Baeumlinus³⁾ hanc sibi, ni fallimur, optimam fixisse vi-
detur sententiam, quae est: „Es ist nicht einzusehen, warum
beim Indicativ der Zusammenhang zwischen Ursache und
Wirkung nicht auch als ein nothwendiger sollte erscheinen
können, wie auch der Infinitiv auch nicht immer von noth-
wendigem und unmittelbaren Zusammenhange zu verstehen
ist“. Quam opinionem comprobata esse velim exemplis
adlatis ex Aesch. Ag. 271; Soph. Ai. 668; Eurip. Hec.
341; cuius generis in ipsis tragicis tractandis multo plura
enumerabimus. Neque vero indicativus res vere conse-
cutas ubivis profert, praesertim cum haud pauca exem-
pla, quae leguntur, nos aliter doceant, velut Aesch.
Pers. 509; Soph. Phil. 75, 232, Trach. 175. OC., 272;
ubi res nisi animo cogitatae non sunt intellegendae; saepius
infinitivo consecutiones vere factae significantur. cfr. Aesch.
Ag. 519. Quae cum ita sint, optimum duco neglecta viro-
rum grammaticorum norma hanc viam ac rationem nos
sequi oportere:

a). Causae, quibus fit, ut secundaria sententia indicativum
habere non possit, sunt hae: primum si enuntiatio pri-
maria pendet e verbo dicendi, sentiendi Soph. Phil.
340. Eur. Hip. 1332, Phoen, 963 sim, sequitur, ut effectus

¹⁾ cfr. Aken, I. c. p. 126. ²⁾ Krueg. §. 65. 3. 12. ³⁾ Krueg. §. 65. 3. 2

ex eodem verbo regenti dependens appareat et infinitivus consecutivus obiecti locum obtineat, ut Eur. Phoen. 963; deinde indicativus locum non habet praecedente negatione¹⁾ Soph. Ai. 1105. 1106. OR. 594 al. tum in sententiarum conditionalium ratione ac nexu,²⁾ Eur. Alc. 359, Hip. 1333. Eur. Phoen. 476, postremo in interrogativeibus velut Soph. OC. 970, Eur. J. A. 355 maximeque in iis, quae sensum exhibent negativum. Attamen huic quaterno, quem posuimus infinitivi usui tamquam corroborato, aliquot loci repugnare videntur, quibus imprimis poetae vividiore quodam sermone usi indicativo utuntur veluti Eur. Troad. 971, Phoen. 1612; Soph. OR. 532 al. de quibus infra separatim.

β) Licet grammatici indicativum rebus, quas quis re vera ex aliis vel sequi, vel consecutas vel consecuturas esse affirmat aut negat, attribuant, in nonnullis tamen dictionibus hunc modum usitatissimum esse statuimus, quae sunt εἰς τὸν ἔχειν³⁾ — τοσούτοις δέω — ὥστε sim; quibus in formulis usu factum est, ut praemissa sententia primaria *per se constanti* indicativus ponи soleat; Soph. Ai. 729. cfr. Eurip. Phoen. 361; Med. 569, Androm. 170 al. Quid porro obstat, quomodo et infinitivus usurpetur; cfr. Eur. Phoen. 1328, prae- certim cum sit aut orationis obliquae e verbo quodam dicendi, sentiendi pendens, veluti Eur. Hipp. 1332. Phoen. 963, aut verbum affectum quendam animi significet, cfr. Aesch. Ag. 519. Soph. Ai. 794 Eur. Ai. 1084.

Quae si ita se habent neque hac in dicendi consuetudine lex omni ex parte absoluta possit observari, in eandem fere nobis abire placet sententiam atque Akenius, qui l. c. 24. II. haec docet: „ὥστε mit dem Infinitiv ist nur nähere Bestimmung des Hauptgedankens; dagegen wird durch die Modi finiti eine *selbständige* Behauptung gebracht, die selbst Hauptgedanke ist, nur dass er relativ angeknüpft wird und die Erzählung weiter führt.“ Quod ita est explicandum, ut infinitivus cum ὥστε, διό coniunctus, cum sit membrum sententiae primariae vel potius

¹⁾ cfr. Krueger §. 67. 12. 4., ²⁾ ibid. §. 65. 3. 1. Kuehner pg. 1007 g.
³⁾ cfr. Krueg. II. §. 47. 8. 2.

dicam verbi regentis obiectum, gravius sententiae momentum in enuntiato primario est positum non in infinitivo;¹⁾ hoc autem optime comprobari potest iis locis, ubi infinitivus in responsionibus cum praegredienti sententia tam arte cohaeret, ut ab ea divelli non possit, veluti in Aesch. Pers. 244, Agam. 944; Soph. Ac. 453 al. E contrario ea consecutio, quae cum suum habeat verbum finitum et per se valens sit, integrum fere correlationis cfr. Soph. Trach. 700 ss.; formam servat; non igitur res maioris momenti in enuntiato primario, sed in consecutivo positum expectabis, cfr. Soph. OR. 532. Id vero ex iis exemplis clare elucet, ubi editores consecutionem a primaria sententia vel firmiore interpunctione distinguunt, veluti in Soph. OR. 410. Wecklinus et in El. 1068 Wolffius fecit. Haec est de discrimine, quod attuli, inter modos finitos et infinitivum mea sententia ad Akeni iudicium adnexa. Quibus expositis extremum est, ut de temporibus et negationibus, quae in his enuntiatis usurpantur, paucis agamus.

§. 4.

Quae sint tempora et negationes in enuntiatis consecutivis usurpata.

a. Infinitivi tempora propria esse praesens, (perfectum praesens quod vocant) et aoristum facile intellexeris, si modo animum adverteris ad rationem, qua infinitivus ad consecutionem exprimendam idoneus factus sit; quare his temporibus nihil est, quod addam. Difficilior explicatu futuri quaestio est, quo quidem tempore quamvis aliquid certe consecuturum esse expectaveris, effectus tamen nisi cogitatus non indicatur; tum sermo est de re, quam quis e iudicio suo re vera esse futuram affirmat. cfr. Soph. Ai. 98. Quod optime in eas quadrat sententias, quae hypotheticae iuncturae speciem exhibent cfr. Soph. El. 1204. Ac ne illud quidem neglegendum est, si primaria sententia ipsa e verbo dicendi dependens in infinitivo sit, etiam secundariae verbum in infinitivo ponendum esse, quod quidem si in oratione recta indicativum futuri exhiberet, eandem ob causam futuri infinitivum,

¹⁾ cfr. Kuehner II, c. 4. 584 1,

qui sit orationis obliquae, habere necesse est, cfr. Soph. OC. 385. His satis cognitis quae iam explicata sunt, nunc pauca dicemus de negationibus.

β Quod ad negationis particulas et verbo finito et infinito adiunctas pertinet, de *μή* cum coniunctivo adhortativo vel imperativo cfr. Soph. El. 1172, Eurip. Electr. 953. quaestionēm instituamus, haud necesse videtur esse; neque dicendum est de verbi finiti usitata negatione *οὐ* sive ei *ἄντε* additur sive non additur; non est huius loci de rebus notis et apud omnes pervulgatis copiosius disserere. Nihilo secius pauca de dicendi quadam consuetudine minus usitata breviter adnotemus opus est. Namque interdum *μή* voculam invenimus, ubi *οὐ* expectaveris, voculam *οὐ*, ubi aptius posueris *μή*. Qua in re quamquam universe hoc est tenendum, quae Baeumlinus, alii docent, indicativi usitatam esse particulam *οὐ*, infinitivi *μή*, tamen loci inveniuntur, qui aliam exhibeant constructionem. Atque ut ab indicativo incipiamus, *μή* c. indic. non aliter nisi e genuina huius voculae vi prohibitiva explicandum esse arbitramur veluti in Soph. Trach. 576, ubi *μήτινα* positum esse videtur, quia veste illa, si a Dianira conservetur, Nessus moriturus dicit Herculem impeditum iri, quominus aliam amet mulierem. Infinitivus autem, cui saepius *οὐ* adiunctum esse quam indicativo *μή* inter grammaticos constat, negatione *οὐ* amplificatus unam tantum notionem efficit neque ad totam sententiam, sed ad unam vocem referi debet cfr. Eur. Phoen. 1357. Atenim causa cur Graeci dixerint *νῦν φῆμι*, ubi Latini utuntur verbo *negandi*, et *οὐκ ἔθέλειν* pro nolle, nota est; similiter explicandum est, ubi una notio usurpanda esse videbatur veluti *οὐ μεμνῆσθαι* pro *ἀμημορεῖν* *οὐ δύνασθαι* pro *δύναταιν* sim. Adde quod negationi *μή* prohibendi vis inhaeret, in hanc adducimur sententiam, ut *ἄστε μή* cum infinitivo, ubi negetur quidquam fieri posse, ponendum sit; ubi quidquam factum esse negetur, *ἄστε οὐ* c. inf. poni. Idem fere in *οὐδέ* quadrat veluti in Eur. Hel. 107. Extremum est, ut praeter meras negationes *οὐ* et *μή* etiam *μὴ οὐ* et *οὐ μὴ*, *ἄστε* particulae insuete additas formulas commemorum, quibus, cum genuina negatio sit, simplicis *μή*,

voculae vis augeatur. Eis, quae adhuc de negationibus disputavimus, hanc legem adiungamus necesse est, ex qua praegresso in sententia primaria vocabulo neganti evadit totius structurae sensus negans, addita autem et verbo finito negationis particula sensus est negativus, quem quidem nos Germanice vertentes coniunctivo imperfecti aut plqprf. uti solemus.¹⁾ Sed haec hactenus.²⁾

Iam vero gravissimis quaestionibus de enuntiatorum consecutivorum usu ac ratione in universum absolutis viam nobis munivimus, ut instructi paratique ad ipsos poëtas tragicos accedamus atque hac altera, quae deinceps sequitur, singulari parte, exemplorum copiam separatim pertractemus et id quod caput huius disputationis est, in certum ordinem digeramus.

Pars altera.

§. 5.

Enuntiatorum consecutivorum usus Aeschyleus.

Hacc enuntiata e tragicorum fabulis desumpta tractaturis ea via ac ratio nobis commodissima esse videtur, qua modorum verbi finitorum et infinitivi discrimen resipientes exemplorum copiam perlustremus in certumque ordinem digeramus.

I. Indicativus cum ὡς particula coniungitur.

Ac primum quidem cum infinitivo res aliqua exprimi soleat, quae consequi potest aut potuit, utrum re vera consecuta sit nec ne, nullo modo indicetur, sed sit intelligenda, necesse factum ostendimus, ut haec ratio ad consecutiones vere factas indicandas temporibus finitis definiretur. Inde venisse cognovimus, ut conexus sententiae primariae et secundariae non tam arte cohaereret, quam si infinitivus sequeretur, qui modus cum pars et membrum sententiae primariae sit, hanc plerumque explicare et supplere videtur. Usurpato autem tempore finito, quod

¹⁾ cfr. Baumlein I. c. 273. ²⁾ Krueger §. 6. 7, 12. 6.; Kuehner I. b. pg. 768 et 769. cfr. 9. Hermann ad Vigerum p. 954.

sua particula inducitur, sententia secundaria per se valens exsistit itaque cum primaria coniungitur, ut altera ex altera emanasse videatur, cui rei indicandae particula inserviat.¹⁾ Sequitur ut modis finitis res vere positae clarius exprimantur; quamquam eas etiam infinitivo, uti s. l. monstrabimus, significari multi loci declarant et infinitivi usus cum apud ceteros scriptores tum apud tragicos praevalere nemo est quin neget. In fabulis nobis traditis, ut iam ad singula accedamus, Aeschylus tria exempla exhibet, ubi indicativus ὡς particula inducitur, rem vere factam indicans, quorum primum legitur

in Agam. 527: *K: οὐδὲν τὸ οὐρανόν διὰ τοῦτον πολλὴν χρήσιν*

X: ὡς τὸν τόπον τὸν θεού τοῦτον πολλὴν χρήσιν
Cuius quidem loci sensus est praeconem ob regis victoriā de Trois reportatam tanto gaudio esse affectum, ut etiam chorus nuntii particeps vocem θεού gratissimam esse praedicet. Ad hunc locum referendi sunt eiusdem fabulae versus, quas paulo infra legimus ibid. 553:

*ὡς κομικῶν τοῦτον εἰπόντες οἵτινες φάσαι
τηλέον θεάσθωντες τοῦτον ποτομέροις.*

Seius est: nuntius tot tamque graves enumerat labores, quibus Graeci ad Troiam perfuncti sint, ut et ipse et quotquot socii supersunt, qui calamitates terra marique evitassent, hoc se solis lumine gloriari aequum iustumque arbitretur. Tertius denique locus exstat in Pers. fab. v. 720.

Διορ. ὅδε παρατίθεται δέ λαὸς τῆς κατέφθασης δογή;

Ατ. πρὸς τάδε ὡς Σούσων μὲν ἀστρες πᾶντες περιστρέψαντες στέφεται.

ubi consecutio vel ad comparativam constructionem accedere luce clarius appareat: Persarum copiae tantam pugnae Salaminiae cladem acceperunt, ut omnes ad unum Susarum urbis incolae summo dolore oppressi ingemiscerent; praeterea hic locus demonstrat, quomodo res factae ad praesens tempus pertineant, quae e praecedentibus causis iam sint consecutae.

Hi sunt tres loci, quibus ὡς particula apud Aeschylum haud ita raro usurpata indicativum inducit; locum,

¹⁾ Kuehner, I. c. 1002. 2.

ubi optativus potentialis aut imperativus exsistat, inventimus nullum.

II. Infinitivo ὥστε ὡς adnectitur.

a) Qua in re exemplorum copiam pro eo ordine descripturi sumus atque infinitivus: utpote e nomine quodam actionis ducendus sit (pg. 17.) primum subiecti obiective partes agens, etiam nunc substantivi naturam prae se ferre videtur; quod si fit, infinitivus consecutivus, quid subiecti aut obiecti qualitate efficiatur, indicat et praemissa consecutiva particula hanc rationem apertius circumscribit. Tota igitur verborum constructio nihil aliud nisi circumlocutio (*περιφράσις*) quaedam subiecti aut obiecti ducenda est.

b) Cum porro infinitivus ex origine sua ad dativi aut locativi notionem proxime accedat, quare saepius vim finalem eandemque consecutivam exhibeat, seorsim nobis loci tractandi sunt, ubi ὥστε, ὡς c. infin. consecutionem significat, quam quis ad effectum perducturus est, vel ut planius dicam, ὥστε, ὡς particulae cum infinitivo iunctae notione consilii et consecutionis induitae sunt (pag. 18.)

c) Postremo loco ea exempla proferamus, ubi infinitivus exstincta substantivi natura pro verbo finito plane usurpatus ad meram consecutionem indicandam sive vere factam sive mente fictam adhibetur (pg. 19, 6.)

De temporum usu cum iam priore huius disputacionis parte, quae summi momenti esse viderentur, paucis disputaverimus, hoc loco id nobis in memoriam repetamus opus est, quod grammatici de temporum modorumque consecutione, quae vocatur, praecipiunt, cuius pro ratione post praesens tempus enuntiati primarii praesens in enuntiato subiuncto exsistere solet; sin aliter fit, ut ex praeteritis temporibus dependeant praesentia (praes. perf.), scriptor res tempore praeterito consecutas usque ad praes. tempus pertinentes ac durantes indicare aut alacritate quadam paene sub oculos nobis subigere studet.

Sed ut ad id, quod institui, revertar, neve rem praecepsit solum persequar, ad graviora me convertam et ipsis exemplis ex Aeschylo in medium prolatis, quid velim, comprobaturus sum; quare eos locos inspiciamus ubi:

a) infinitivus circumlocutione subiecti aut obiecti partes tenet, atque

a) infinitivus c. ὥστε periphrasis subiecti est post verba, notionem qualitatis indicantia, quae sunt δίκαιος, ἀγαθός, οἶδας τε σιμ; ἔστιν, ἔξεστιν, γέγονε, πρέπει, συμβαίνει σιμ. particulis ὥστε, ὡς sine ullo sensus discrimine aut adiectis, veluti Ag. 1349: εἰ δῆμον πρεπόντων ὥστε ἐπισπέρδειν τεκοῦ, τῷδ' ἢν δίκαιώς ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖτ. aut non adiectis, cfr. Suppl. 700 πρέποντιν δ' ἄνδρες νῆστοι μελαγχίμοις γνιοισιν λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων θεῖν „erscheinen zu sehen, gesehen zu werden“; ibid. 479, τις ὅδε παιδὸς ἢ φρεγῶν κεκομμένος — ἀλλαγὴ λόγον καμεῖν.

β) Obiecti instar infinitivus ponitur post verba efficiendi, studii veluti πράσσειν, ποιεῖν, δύνασθαι, ἐθέλειν, πείθειν „versetzen Imdn. in einen solchen Zustand, dass er“ et quae sunt eius generis; quem quibem infinitivum obiecti circumlocutionem esse inde colligimus, quod ei interdum articulus τό praemitti, particula consecutiva omitti potest; adde quod praegresso pronomine demonstrativo ad obiectum quod sequitur, magis meliusque animus quasi praeparatur. Loci sunt; Pers. 714 Eum. 878. Suppl. 958.

Infinitivus loco appositionis ad obiectum pertinentis legitur in Prom. 342. qui est:

ἀνὴρ γὰρ αὐτῷ μήτε διωρεῖν ἔποι
δύσσειν Λι', ὥστε σ' ἐκλέσαι πότων.

Atque post verba dicendi et iudicandi infinitivum consecutivum obiecti partes agentem exstare posse cognovimus e locis hisce:

Coeph. 529 κρίνω δὲ τοῖ γε τὸν ὥστε συγκόλλως ἔχειν.

Eum. 200 ἔχοισας ὥστε τὸν σένον μηδοκονεῖν.

ibid. 226 οὐδὲ ἢν δεχοίμην ὥστε ἔχειν πιμᾶς σένθετο.

ibid. 786 αὐτὸς Φόδος κρίσας αὐτὸς ἢν δὲ μαφτρῶν,

ὥς ταῦτα Ὁρέστην δῶρατα μή βλαβάς ἔχειν.

Suppl. 601 τοιεντ' ἀκούων χρεσίν Μαγεῖος λεώς
ἔχοντες θηρευτὴς ὡς εἶναι τάδε.

b) Infinitivus vim finalem et consecutivam praebet.

Ac primum quidem enumerandi sunt loci, quibus praesentis infinitivi vis finalis et consecutiva praecedente tempore praesenti exhibetur.

Infinitirum praesentis reperimus post indicativum praesentem:

Eum. 432 ποῦ γὰρ τοποῦτο οὐρανοῖς μηροκτονοῖς »dass er zum Muttermorde ansporne«;

post perfectum et participium perfecti legitur infinitivus praes.

Suppl. 912: . . . τῶνδ' ἐφίλοις τοῖς
γόμφος διάμυταις, ὡς μέρειν ἀφεότως.

quo utroque loco, ubi novum subiectum non additur, vis infinitivi finalis mirum quantum elucet; neque minus post imperativum:

Ag. 364 ἔστω, δ' ἀπίμενοι
θοτοῖς διτασκεῖται
εἰς πρατίδων λεζότα.

ubi infinitivus rem usque ad praesens tempus pertinentem significat; post futurum legitur praesentis infinitivus Agam.

1134. λαμπρὸς δ' ἔστιν ιχίου πρὸς ἀπολὰς πτέων ἐσάξειν, ὅστε
κύματος δίκην κλίνειν πρὸς αὐγὰς τοῦθει τῆματος πολὺ μεῖζον.

huc spectat etiam alter locus in Coeph. 554. Praesentis inf. sequitur praeteritum:

Pers. 713 μηχανᾶς ἔχεντες "Ελλῆς πόρθμον, ὃστε" ἔχειν πόρον.
ibid. 716 φεῦ, μέγας τις ἥλθε δαιμων, ὃστε μὴ φρονεῖν καλῶς.

Quo utroque loco regis Persarum voluntas usque ad praesens tempus pertinens ac durans significatur; et profecto; nam Hellespontum talibus iunxit operibus, ut quamdiu cum Graecis bellum gereret, iter sibi muniret.

Ac *aoristi infinitivus* eodemque loco praesentis infinitivus legitur post praeteritum tempus:

Ag. 642: τύχη δὲ σωτῆρος ταῦτα θέλοντος ἐφέζειο,
ὅς μήτ' ἐν δόμῳ κύματος ζάλην ἔχειν,
μήτ' ἔξοκεῖται πρὸς πραταίλεων χθόνα.

quod ille rem inchoantem aut semel tantum, factam hic

duran tem exprimit. Quare cum aoristus id significet, quod nos dicimus „Eintritt der Handlung“, nihil miri est, si poëta eum ponit praegresso praesenti tempore, velut Coeph. 872
Kαὶ μάλιστας δὲ δεῖ, οὐχ ὥστε διατελεσμένῳ τι γάρ; aut perfecto, quod cum statum qui sequitur, significet, re vera nihil aliud est nisi praesens; qua de re conferas locos:

Ag. 610 *οὐκ οἰδείς, ὥστε ἐπαγγεῖλαι τοῦτο;*

Coeph. 513 *ἡ καὶ πέπισθε τοῦτο, ὥστε ὀρθῶς φέατα;*

Praecedit optativus potentialis:

ibid. 840 *Tί τῶνδε δὲ εἴποις, θυτε διλύσαι φερί;* et futurum:

Eum. 82 *μηχανὰς εἴρησσεν,*

ώστε ἐς τὸ πέρι σε τῶνδε ἀτελῆσαι πόρον.

ubi aoristi infinitivo notio futuri inest.

Hi sunt, quos citavimus locos, ubi infinitivo Aeschylus et vim finalem et consecutivam tribuit tempore praesenti et aoristo, *nunquam futuro usurpato*. Proximum est, ut enumememus nunc eos locos, ubi

c) Infinitivus verbi finiti vice fungitur.

Quamquam infinitivi naturam casus, e qua dativus vel locativus provenit, tempore procedente iam prorsus extinctam esse cognovimus, tamen ille verbi finiti partes (pg. 17) suscepit eamque ob rem vel etiam pro verbo finito usurpatus est, cui in enuntiatis consecutivis *ώς θυτε* particulae viam sternunt. Quo in sententiarum genere usu venit, ut non minus res cogitatae ac mente perceptae quam vere factae et consecutae significantur. Quod ad temporum consecutionem attinet, accuratissime eam a poëta observatam esse cernimus; quod si aliter esse videtur, et tempus praeteritum sequitur infinitivum praesentis, Aeschylus effectum usque ad praesens tempus pertinentem indicare aut saltem calore quodam orationis animo representatam esse vult.

Atque ut eo planius, quod dispergo, intellegatur, rem ipsam exemplis collustrabo. Sequitur enim *infinitirus praesentis* praesens indicativum in Sept 527; Agam, 524. Eum. 877.

Χόρ. τίς δέ μοι τινή μένει

249. ώς μήτιν' οἶζον εἴθετεν δέρειν σέργειν;

ubi infinitivus praes. pro futuro ponendus esse videtur, quandoquidem Athene iram Furiarum placatura honores et sedes iis promittit, quas certissime sint assecuturae. Quocum loco si illum v. 720 supra pag. 30 citatum comparaveris, vix te fugiet, a nuntio res veritate expressas referri atque Persas non sine gravi causa impulsos esse, cur gemerent; et iuste quidem; nam tota inventus occidione imperfecta est. Neque minus locus ex Ag. 519. promptus hoc quadrat, ubi ex *praeterito tempore* aptus est infinitivus praesentis, qui est:

Ἐρως πατρός τῆσδε γῆς σ' ἐγένετο.

ὅτε' ἐνδαιρέειν γ' ὅμιλον χαρᾶς θεοῦ.

ubi animi quodam affectu res praeterita, quasi tempore praesenti fiat, sub oculos subicitur: cfr. Pers. 455; Ag. 1334. Eum. 34. ibid. inf. praes. c. ὡς v. 798.

Deinde praeteritum tempus sequitur *infinitivus aoristi* in Pers. 436:

τοιάδ' επ' αὐτοὺς ἥλθε συμφορὰ πάθος,
ὡς τοῖσδε καὶ δἰς ἀντιστρῶσαι φοιτῆ.

cfr. ibid. 335. Ag. 185; 271; 342. Coeph. 520. Suppl. 586; at praesens tempus aoristi infinitivum praegreditur Suppl. 578, quo clarius eluceat, quanta celeritate Jovis arbitrium ad effectum perfici queat.

Quantopere falluntur atque errant gramatici, qui praecipiant infinitivum ad nihil aliud nisi ad rem cogitatam spectare neve ea quae supra (pg. 25.) ss. disputavimus e nostro potius sensu quam e veritate expressa videantur, in medium proferre iuvat exemplum, quod illorum praecepto prorsus repugnat; est enim locus, ubi poëta sine ullo sensus incommmodo indicativo uti potuit, attamen infinitivum praefert in Ag. v. 510.

Ὕκονοι τὸ φεγγόντες, οὐ πολλοί τινες,
ἐφ' ἐστιοῦχον γαῖας δις στένειν πόλιν
Περσῶν, ποθοῖσαν φιλτάτην ἥβην χθονός.

Denique pro verbo finito usurpatus videtur infinitivus consecutivus, si enuntiatio condicionalis praegreditur; quod

si fit, sententia consecutiva et ipsa sensum praebet condicionelem; locus est:

Prom. 315 εἰ δὲ ὅδε τραχεῖ . . . λόγοις φίλεις, τάχι δν σον . . . κλνοὶ Ζεὺς — ὥστε σοὶ τὸν χόλον παιδιὰν εἴραι δοκεῖν so dass die Leiden ein Spiel dir erschienen“ „ita—ut“. Quo sane loco optativus, quippe qui praeter optatum etiam cogitationem exprimat, potuit usurpari; in eiusmodi verborum periodis et solutae orationis scriptores infinitivum frequentant.

a) Nunc illa enuntiata examinemus, quibus cum negationes οὐ, οὐδεὶς, οὐτις, οὐδέ, μηδέ sim. sive ad singulam vocem, sive ad totum enuntiatum pertinentes sententiae primariae adiciantur, infinitivus autem iis careat, sensus totius structurae negans redditur.¹⁾ Quo in genere e duobus, quos invenimus locos, Aeschylum usitatam dicendi rationem sequi (pag. 29.) atque infinitivo uti cognovimus. Loci sunt: *Infinitivus aoristi* post partic. aor. Ag. 1027: *Tι ταῦθ' ἀνωτότενξας ἀφρὶ Λοξίον;* οὐ γὰρ τοιοῦτος, ὥστε θρηγητοῦ τυχεῖν.

post ind. futuri: Prom. 994.

χράψει γὰρ οὐδὲν τῶνδε μ', ὥστε . . . φράσαι cui infinitivo aoristi vim futuri inesse rerum nexus demonstrat veluti supra Eum. 82. cernimus.

b) Alterum harum sententiarum genus sequitur, in quo non solum verbum finitum, verum etiam infinitivus isque dupli negatione adiecta negantem praebet sensum; quod si fit, efficitur, ut totius enuntiati sit affirmans. Duplici autem negatione μή οὐ, qua simplicis vis quodam modo augeatur pg. (28.), apud Aeschylum uno loco invenimus, ubi ex optativo potentiali infin. praes. dependet; exemplum est:

Eum. 299: οὐτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναῖς σθένος φέσαις
θν, ὥστε μή οὐ παρημέλειμένοις ἔργαιν z. t. l. „Nicht Apoll, auch nicht Athene könnte dich schützen, so dass du ja nicht vereinsamt herumirrest.“²⁾ Sed haec hactenus.

¹⁾ cfr. Kuehner l. c. pg. 769 et 2006 · ²⁾ cfr. G. Hermana, ad Vigerum pg. 945: »Particula proegressa negatione interdum ita construtur, ut ad solum verbum, non ad negationem pertineat.«

§. 6.

Enuntiatorum consecutivorum usus Sophocleus.

I. Modi finiti a particulis consecutivis incipiunt.

Ac primum quidem exempla Sophoclis perlustrantes hunc modum a praestantissimo tragicorum poëta multo saepius usurpatum invenimus idque nulla ratione habita, utrum eventus verus et necessarius sit necne. Adhibet enim Sophocles indicativum non solum si quis rem veram, qualis quidem evenerit, pronuntiat, sed etiam si quis eam e sua sententia aut consecutam aut consecuturam pro vera ponit. Atque cum his in exemplis duae sententiae contineantur, quorum altera causam altera eventum indicet, utraque artius paulo secum cohaeret, quam ob rem etiam temporum consecutionem certissimis legibus circumscribi videmus. Neque vero desunt eiusmodi exempla Sophoclea, ubi primaria et subsequens sententia per se ipsa constare videtur ita quidem, ut maior quaedam interpunctio poni necesse sit. Quod si fit, vertendum nobis est ὥστε vocabulis: „itaque, igitur, unter solchen Umständen“.

Quibus praemissis, ne longum faciam, iam ad singula exempla pertractanda et sicubi opus videtur, examinanda nos convertamus. Legimus enim ὥστε, (ὧς) inducens

a) *praesens indicativi* post praes. ind. in Ai, 668, El. 275, 761. Trach. 58. 174, ubi cum Wecklino et Dindorfio ὥστε librorum retinendum esse contendimus; praeterea cfr. v. 545; 590, 705, ubi apertissime elucet, quemadmodum enuntatio consecutiva ad speciem comparativae accedit (pg. 6.); 943, quo loco pariter ac tribus modo citatis particulam ὥστε vocabulo „itaque“ vertimus; OR. 65; Phil. 196; idem tempus post perfectum praes. legitur in OC. 82, ubi βέβηκε idem valet atque ἀπεστιν, ἀπολγετα.

Quibus enumeratis pergamus ad cetera et promamus eos locos, ubi exstat

β) *indicatus futuri*; quod tempus tum maxime usurpatum, (pg. 27.) si quis pro arbitrio suo rem non consecu-

tam sed certe futurum esse affirmat. Antecedit praesens indic. in OC. 305. OR. 411 El. 1204.

Ant. 752: *ταῦτη ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἐπι γραμμήσις*, ubi res ad tempus futurum pertinet; adde quod ob *οὐκ ἔσθ'* ὡς formulam huic enuntiationi consecutivae etiam vis subest finalis, quam eodem dupli sensu cum infinitivo iunctam cernimus in Phil. 195; perfectum praes. antecedit in El. 1389, OC. 573; et futurum in

Trach 575: *ἔσται φρενός σοι τοῦτο κῆλιγμαν*
τῆς Ἡραλείας, ὥστε μήτιν εἰσιδῶν
στέρξει γυνάκα τεῖνος αὐτὶ σοῦ πλέον.

quo de loco iam supra pg. 27. sermo erat; ex *μή* negatione prohibitiva hoc in enuntiato consecutivo, uti saepius fit, etiam notio finalis intellegenda est; Phil. 75; ubi *δικῶσα* sermonis quodam calore pro ponitur; futuro deinde invenitur futurum post aoristum in Ai. 98, OR, 135; et futurum in OC. 1342.

Ea iam, ut pergamus, exempla notanda sunt, ubi *τὸ πραeteritum tempus* legimus antecedente aoristo in Ai. 729:

ώστε εἰς τοσούτον ἤδητον, ὥστε καὶ χερσῶν —
κολεῶν ἐρυτὰ διετεραύθη, ξίφος —

ubi locutionem *εἰς τοῦτο ἤδητον* apud oratares quidem frequentissimam, apud tragicos haud ita frequentem legimus, in qua genetivus qualitatis similiter atque in Eurip. Med. 569 et Phoen. 1328 praetermittitur; atque etiam hoc commemorandum est, quod cum nuntius qui ipse Teucrum in castris viderit, de re vera referat, indicativum collocari non miri habet, praesertim cum totius sententiae pondus in enuntiato consecutivo positum sit (pag. 25).: adeo progressi sunt, ut gladia stringerentur. Quae cum ita sint, traditam lectionem cum Wolffio et Wecklino retinendam esse arbitramur. Huc referri potest locus in Trach. 255, ubi indicativus usurpatur, quia Lichas id quod ipse ab Hercule compertum habet, pro re vera Dianirae narrat: *ἐκεῖνος — ὡς αὐτὸς λέγει — οὔτεως ἐδήκθη — ὥσθ' ὅρκον διώμουσαν*

Praeterea aoristum antecedit praes. tempus in El. 1068 et in OR. 532; *τοσούτον ἔχεις τόλμης πρόσωπον* ὥστε τὰς *δυάς στέγας ἵκον, φορεὺς ὁν τοῦδε τὸνδρὸς ἐμφανῶς ληστῆς τ' ἐναργῆς*

τῆς ἐνῆς ῥυγερρίδος; ubi indicativus ponitur, quia is qui loquitur, periratus interrogat, res quae factae sunt, rhetorice, ut dicitur, interrogatione describens (pag. 26.)

Seorsim locus tractandus est, quo enuntiatio consecutiva *tempus praeteritum ab ὥστῃ, cum ἀντικαὶ particula* incipientem exhibit. Quo in enuntiatorum genere eum indicativus praeteriti nude positus rem aliquam consecutam esse pronuntiet, adnexa ἀντικαὶ particula id efficit, ut rei eventus e condicione quadam pendens sit intellegendus. Sequitur ut res quaedam evenisset vel evenire potuisset, sed pro re et tempore obstantibus condicionibus non evenerit. E quibus cum eius modi indicativus praet. tamquam modus rei non factae proveniret, cui quidem notio rem fieri potuisse semper inhaereat, totum enuntiatum nihil aliud nisi apodosis periodi condicionalis sit ducenda. Quodsi res ita sese habet, haec verborum structura iis repugnare videtur, quae supra pg. 26. de infinitivo usurpando non semper observata diximus.

Age nunc si placet paulo accuratius inspiciamus eius generis locum, qui apud Sophoclem unus exstat in OC. 272 :

... πᾶς ἐγὼ κακὸς φέσει
ὅστις παθῶν μὲν ἀντέδοων, ὥστ', εἰ φρονῶν
ἔπρασσον, σὺνδ' αὐτῷ ἐγιγράψατο κακός.

„so dass wenn ich auch wissentlich gehandelt hätte, ich auch in diesem Falle — ne ita quidem — nicht als ein Schlechter erscheinen würde.“¹⁾ Quo loco apertissime aoristus rem indicare videtur incipientem et semel factam, imperfectum rem durantem atque ad tempus, quo quis loquitur, pertinentem.²⁾ De his hactenus; proximus est locus, ut in locos inquiramus, ubi

b) Optativus potentialis in enuntiato consecutivo legitur.

At primum de optativo nudo, cuius genuinam notiōnem exoptandi esse omnes hodie consentiunt, cum a proposito alienum sit tractare, omittimus; de optativo potentiali, qui vocatur, hac occasione data id nobis liceat in

¹⁾ Kuehner § 392. a 6. ²⁾ Kuehner pg. 124. 4.

memoriam revocemus, quod inter praestantissimos huius aetatis viros grammaticos convenit: hunc modum rem quandam in sola loquentis cogitatione positam significare, nullo habito respectu neque veritatis neque eventus ita quidem, ut ea quae fieri possunt, hoc modo comprehendantur. Atque Sophocles hac constructione ita semper utitur, ut enuntiatio consecutiva a primaria plane seiuncta appareat et *ωστε* per Latinum itaque vertendum sit. Quae res quo clarior fiat, age afferamus singulos locos, qui sunt hice: Ai. 212; 1342. OR. 857:

„*ὅστις οὐχὶ μαρτίας γέ τινος οὐτε τῆς δὲ εἰπώ*
„*πλάφαιμι τινές οὐτε τῆς δέ τινες ποτεροι.*

ubi *τινός* quo apertius optativi vis augeatur ter possum est; huc spectat frgt. 669. Bis ponitur *τινός* particula in El. 333, ubi enuntiatio consecutiva periodo hypotheticae interposita est; praeterea cyfr. OC. 565. Exposui de optativo potentiali; nunc breviter exponam

c) de imperativo in enuntiatis consecutivis apud Sophoclem usurpato.

Iam vero enuntiatum consecutivum cum verbo finito iunctum per se stare atque ab antecedentibus prorsus disiunctum apparere iis locis luculentissime comprobatur, ubi imperativus ab *ὅστε* exordiens verbi finiti locum obtinet (s. pag. 28). Atque in tragicorum scriptis eius generis constructio bis invenitur; coniunctivum hortativum, quo quid fiat aut ad effectum perducatur, is qui loquitur, leniore modo postulat, apud illos frustra quaereres. In Sophoclis quidem tragoeidiis unus tantummodo locus invenitur, El. 1172 *Ὥρητον πέφουντας πατρὸς Ἡλέκτρας φρόντει, Ὥρητὸς δὲ Ὁρέστης. ὅστε μὴ λίαν στέρε* h. c. *τοιγαδοῦν μὴ καὶ λ.* „Eines sterblichen Vaters Spross bist du Elektra; sterblich ist auch Orest, bedenke: Jammere also nicht allzusehr“. (Kuehner pg. 203.) Imperative Chorus utitur, quia vehementer postulat, ne quae molitur Electra, ad effectum perducat. Quo loco praesentis imperativus adhibetur, quia res usque ad praesens tempus pertinet et insuper graviore vi praeditus est imperativo aoristi, nihil aliud nisi momentum temporis significantis. (cfr. Kuehner, pg. 158 c.) Iam

omnibus, quae cum verbo finito, coniunguntur exemplis pro re ac ratione perlustratis, relinquitur nunc ut agamus

II. De infinitivo cum ὡστε (ὡς) consociato.

Apud Sophoclem eius generis infinitivum eodem fere modo usurpari atque id in Aeschylo cernimus, comprobari postest iis locis, ubi ille vice subjecti obiective fungitur, qui quidem infinitivus Germanice non aliter nisi infinitivo nudo commodissime verti solet.

a) Ac *subjecti* partes tenere videtur infinitivus ad verba spectans, quae qualitatis notionem, quamquam non tam aperte, tamen continent; exstat autem aut *nudus*¹⁾ veluti post ἔσεστι in Ai. 1328, post ἔστι in OC. 1677; post περικένει in Ant. 523; post πρέπει in El. 664 — cuius modi loci, cum sint sescenti neque ob omissam coniunctionem vere consecutiva enuntiata a grammaticis potentur, omnes enumerare supersedemus; aut porro exstat infinitivus cum ὡστε consociatus; loci sunt: Trach. 1452, ubi verbum συμβαίνειν ὡστε c. inf. Latinae dictioni „fit, accidit — ut“ respondet.²⁾ Phil. 656 ἦρ' ἔστιν, ὡστε καγγήθειρ θέαν λαζεῖν; ubi „fierine potest ut, quin“ vertimus.³⁾ In Electra 1454 verbum πάρεστι cum qualitatem significet, idem valet atque ἔσεστιν cfr. Eur. Hip. 705.

β) Sequuntur exempla, ubi infinitivus *obiecti* periphrasis ponitur. Cuius generis infinitivum legimus post δικαιοῦν in OC., 1350, post φορτίδα ἔχειν ibid. 300; post φέρειν in Trach. 490; post παρεῖσαι ibid. 570; post πείθειν Phil. 901; in OC. 385: ἵδη γὰρ ἐσχες ἐλπίδ' ὡς — ἔξειν, ὡστε — in una eademque verborum structura sine sensus incommodo usurpatam esse videmus, qua de re egit Kruegerus⁴⁾ (s. l. pag. 14.) Neque minus infinitivus quodammodo appositionis partes agit idque obiectum explicans in OC. 970:

δίδαξον, εἴ τι θεσπατον παροὶ χρημαστιν ἴκειθ', ὡστε πρὸς παῖδων θανεῖν, πῶς ἀν δικαίως τοῦτ' ὀρειδίζοις ἐμοί;: ubi vertimus: „Ein Götterspruch von der Art, dass er von seinen Söhnen getötet werde.“

¹⁾ cfr. Kuehner §. 585, a. ²⁾ Kuehner, 583. 11, ³⁾ cfr. ibid. 581. 9. ⁴⁾ cfr. Krueg. I, 55. 4. 10.

Antecedente verbo quodam *efficiendi* apud hunc poëtam unum invenimus exemplum, quod exstat in Ant. 303.¹⁾ Quam praeterea veram hic infinitivus obiecti *τερπιφασσιν* efficiat, id ex usu articuli τοι interdum ei additi apertum est, veluti in El. 1029, 1079. Ant. 78. 532, al., ubi omissa coniunctione *ωστε*, quam supervacaneam vocant grammatici, qualitatem vel dicam qualitatis consecutionem illo indicari supra (pg. 19.) monuimus. Atque haec quidem de obiecti circumlocutione; alter locus est, ut agam

b) de infinitivo vi et finali et consecutiva praedito.

Ac de hoc infinitivo, qualis sit, cum iam in recensendis Aeschyli exemplis huc spectantibus satis mihi multa verba fecisse videar, relinquitur ut qui promuntur e Sophocle eiusmodi loci ex temporum consecutione in ordinem disponantur. Age sis enumeremus singula exempla.

Praesentis infinitivus invenitur antecedente indicativo praes. El, 355; perfecto praes. Ant. 560; futuro, Phil. 460, 899; imperfecto Trach. 560; aoristo Ai. 1325. El. 1465, Trach. 1125. Quibus locis enumeratis illum praeterea praes. infinitivi cum *ωστε* consociati usum adiungamus oportet, ubi eum pro *imperativo* positum esse arbitramur; cuius quidem generis locos apud Sophoclem duos extare videmus: in OR. 1528 et in Phil. 349; quorum priore, cum sapiens illud Solonis, neminem beatum esse praedicandum, priusquam ad vitae finem pervenerit supremumque diem „*videtur*“, tradita lectio, quae *ἰδεῖν* exhibet, Stanleyi, Wecklini, aliorum coniecturis sane esse praeferendam.

Aoristi infinitivum praeter locum quem modo citavi post indicativum praes. legimus in El. 393 et OR. 1045. Quae sunt alia exempla nescio an non eas potius pro meritis formulis, uti supra p. 21. intelleximus, iure meritoque arbitremur, quippe quod in iis significatio et consilii et consecutionis non amplius appareat, veluti in OR. 84. Trach. 1441 (ibid. 1220, Ant. 291); Trach. 2125. — Sed de hoc satis; nunc dicamus de iis locis, ubi

¹⁾ cfr. Kuehner pg. 576. 1. et 579. 6).

c) infinitivus vim vere consecutivam exhibens pro verbo finito usurpatus est.

Quod si fit, eam dicendi rationem Sophoclis propriam animadvertisimus, ut tota verborum structura amplior appareat neque consecutio, quorsum spectet, nisi ex antecedentibus colligi possit. Et profecto in praestantissimo poëta id cernimus, si res vere consecutas, quippe quas saepius indicativo exprimere soleat, et ipso infinitivo enuntiatur sit, cum maxime verbo animi affectum significanti utatur, nisi longioribus sententiis usurpatis illum non completi neque exprimere solere. Qua in re eventum a primariae sententiae subiecto vere consecutum esse haberi vel inde colligimus, quod in his structuris eadem particulae *ωστε* notio subest, quam quidem in enuntiatis cum verbo finito iunctis vidimus, quae vertitur „itaque“, ubi alteram ab altera sententia prorsus seiungi notum est. Huc referendi sunt loci Ai 450, OC. 1189, Trach. 175, ibid. ineunte responsione v. 629 al., qui fortiore interpunktione a praecedenti sententia divelli possunt. Adicitur quod praeter dicendi consuetudinem quam supra §. 3. posuimus, tempus finitum interdum ponitur praegresso in priore consecutionis parte infinitivo, qua de re Akenius¹⁾ dicit; „Der Infinitiv ist möglich auch, wenn ein Satz erst nachträglich als Ursache aufgefasst wird, so dass manchmal vor *ωστε* ein Punktum sich findet“. Quae res ut comprobetur, hoc luculentissimum exemplum adferre invat: Soph. El. 780:

ὅστις οὐτε ρυπτός ξπτον οὐτ' ἔθ' ἡμέρας ἐμὲ στεγάζειν
ἡδέν ταλλ' δὲ χρόνος διῆγέ μ' αἰτεῖς θαυμάζειν.

Quod porro attinet ad temporum consecutionem Sophocles eam diligentissime observavit. Atque ut ad ipsa exempla tractanda accedim, *praesentis* infinitivum, qui eventum usque ad praesens indicaret, positum legimus post *praesentis* indicativum, Ai. 794, ubi infinitivus rogantis est; El. 322, Trach. 1126; Phil. 323:

¹⁾ cfr. Aken, I. c. 129.

ἢ γάρ τι καὶ οὐ τοῖς πανοίκοις ἔχεις ἔγκλημα Λαρεῖδας, —
ώστε θρυσσθαι παθών;

Quoniam hoc loco de re vera sermo fit, utique indicativus a poëta admitti potuit; infinitivus usurpatur, quoniam si verbum ad animi motum quendam spectat, tragicū illo modo uti solent, (veluti Aesch. l. l. cfr. s. pag. 26.); huc spectant Phil. 405; 650; aoristus antecedit in El. 780. OC. 1189; restat ut locum e OC. 570 accuratius contempleremus;

Θῆσεῖ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ
παρῆκεν ώστε βραχές ἐμοὶ δεῖσθαι φράσαι.
οὐ γάρ μὲν εἰμι — εἰρηκὼς κιρεῖς.
ώστ’ ἔστι μοι τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἄλλο κιέ.

Qui locus ea re insignis esse videtur, quod utramque constructionem et cum indicativo et cum coniunctivo a poëta adhibitam neque tamen ullum, quod intercedat in eodem verberum nexu, discrimen animadvertisimus.

Aoristi infinitivum invenimus post indicativum aoristi: Tr. 450; OC. 1623; El. 1407; antecedit futurum El. 984:
τοιαῦτά τοι νῦν πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν ζύσαν θαρούσαν
ἢ ὥστε μὴ ἀλιπεῖν κλέος.

quod si ita est, aoristi infinitivo eandem futuri vim ac notionem h. l. inferri censemus, quam s. in Prom. 949 comprobavimus.¹⁾ Postremo loco ponimus OR. vv. 1945 ss. ubi aoristum praesens antecedit.

